Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Dan. Stalii Regulae Philosophicae explicatae & Orationes aliquot

Stahl, Daniel

Jenae, 1662

Regula VII. Eorum, quae ad aliquid referuntur, etiam differentiae ad aliquid referuntur

urn:nbn:de:bsz:31-102400

Visual Library

REGULA VII.

Eorum, quæ ad aliquid referuntur, etiam differentiæ ad aliquid referuntur.

Vel:

Relatorum relativæ ſunt differentiæ. ibid. §.23.

I. Ita ſcientia eſt quid relativum: refertur enim ad ſubjectum, ſcilicet ſcibile, & dicitur ſcibilis ſcientia. Unde etiam contemplativum, activum & effectivum, quæ ejus differentiæ ſunt, ad aliquid referuntur: contemplativum enim eſt alicujus contemplativum & activum alicujus activum, & effectivum alicujus effectivum.

II. Patet autem, Ariſtotelem non tantùm loqui dé *relativis prædicamentalibus*, ſed & de *aliis, quæ propriè non ſunt in prædicamento Relationis*: quemadmodum ſcientia, licet relativum quid ſit, tamen non ad prædicamentum Relationis, ſed Qualitatis pertinet.

REGULA IIX.

Uniuscujusque eorum, quæ ad aliquid referuntur, differentia peti debet ab eô, ad quod ſuâ naturâ refertur. ibid. §24.